Lycurgus

LYcurgus ſcđm Euſebiū inſignis eſt habitus. q̄ et iura lacedemonijs compoſuit. et licet gētilis fuerit leges tamē iuſtiſſimas nāli diuinoqꝫ iuri cōſonas dedit. Nec quicq̄d cenſuit. cꝰ nō ipe exemplū priꝰ daret. Auri argēti qꝫ vſuz et oīm ſcelerū materiā nō ſuſtulit. Fundos oīm equaliter inter oēs diuiſit vt equata patrimonia neminē potētiorē altero redderēt. cōuiuari publice iuſſit. ne alicuiꝰ diuitie vel luxurie in occulto eſſent. Iuuenibꝰ nō ampliꝰ quā vna veſte vti toto anno: nec aliqꝫ cultiꝰ q̄ꝫ aliū ꝓgredi voluit. nec opulētiꝰ epulari. Emi ſingula nō pecunia ſed cōpatiōe mercīū iuſſit. Pueros puberes nō in forum ſed in agrū deduci iuſſit. vt primos ānos nō in luxuria; ſꝫ in oī ope ac labore agerēt. Nihil eos ſomnij cauſa ſubſternere. ⁊ vitā ſine pulmēto degere. nec priꝰ in vrbē redire q̄ꝫ viri facti eſſent. Conſtituit virgines ſine dote nubere; vt vxores nō pecunie cauſa eligerent̄. ſeueriuſqꝫ matrimonia ſua viri coercerēt cū nullis dotis frenis tenerent̄. Maximū honorē nō diuitū ⁊ potētū ſꝫ ſenū eſſe cēſuit. Hec ⁊ alia ſiſia q̄ ſolutis antea moribꝰ dura videbant̄ auctorē eoꝝ appollinē delphicū finxit ⁊ inde ſe ea detuliſſe. Deinde vt eternitatē ſuis legibꝰ daret iureiurādo eos aſtrinxit. ne quid de tam diuis legibꝰ mutarēt donec reuerteret̄ in patriā. ⁊ ſimulās ſe iterum cōſulere appollinē. vt q̄d addendū q̄cqꝫ diminuēdum his legibꝰ videretur. Profectꝰ ē aūt Cretā vbi volūtariū exiliū ꝑpetuo egit. ſed ⁊ moriēs oſſa ſua in loculo plūbeo ⁊ ī mari abijci iuſſit. ne ſi ad patriā deferri ꝯtigeret. lacedemōes ſe a iuramēto ſolutos eē putarēt.

Ysaias

HIeu filius Ioſaphat regis iuda decimꝰ rex iſrael vnctꝰ a puero helizei ꝑcuſſit Iorā cū omni domo achab. ⁊ deſtruxit domū baal ⁊ eiꝰ ꝓphas occidit. Sꝫ heu vitulos aureos in bethel ⁊ dan nō dereliq̄t. Ideo Aſael rex ſyrie miſſus a dño mltos occidit in iſrł vbi ⁊ moritur poſtq̄ꝫ regnauit. 28. annis.

YSayas ꝓpha nobilis: magꝭ euāgeliſta a btō hieronimo dicit̄ q̄ꝫ ꝓpha. vnꝰ de q̄ttuor ꝑncipaliori bus circa h̄ tpa clarꝰ habet̄ ꝓpter euidētiā ꝓphie ſue.

ISte Ioachas valde attritꝰ eſt cū tota gēte ab azahele rege Syrie. et ideo deprecabat̄ dominum et paulxillum releuatus eſt.

Osee

OSee ꝓpha primus de. xij. mittit̄ contra decem tribus. Hic fuit filiꝰ Beeri q̄ꝫuis ꝓphia beeri nō habeat̄ apud nos. ꝓphauit aūt Oſee tempe ieroboā regis iſrael filij Ioas qui ioas ſimul regnauit cuꝫ oſia rege iuda. 14. annis. ⁊ in iuda fuerunt quatuor reges ſub quibus Oſee prophauit vt dicit̄ oſee. 1. ſcꝫ oſias. Ioathas. Achaz ⁊ ezechias .

ISte Ioas ꝑcuſſit ſyros tribus vicibus iuxta verbum helizei. ⁊ tulit vrbes de manu Azaelis ⁊ benadab filij Aſaelis. reſtituitqꝫ regno ſuo. Ipſe etiā afflixit amaſiam non volēs ſed compulſus. ſuꝑbiam eiꝰ humiliauit incipiēs regnare. 57. anno ioas regꝭ Iude.

Johel

IOhel ſcđus propheta de. xij. de iuda. et futurā eiꝰ tribulationem prophetizat.

IEroboam ſatis bellicoſus et victorioſus fuit. contriuitqꝫ regem ſyrie et reſtituit regnum iſrael ſicut prius inſuper et damaſcum iuxta verbum Ione ꝓphete. Attende q̄ꝫ ſit inſtabilis ſtatus regnorum iſrael. cōtritus vſqꝫ ab nouiſſimum humiliatus eſt valde. Syri eleuati iam ad infirmis mirabiliter deprimunt̄. ſic qui fuit ſupra fiet infra. et econtra. qui fuit infra aſcendit ſupra vt poſt deſcendat infra. Hec eſt rota volubilis huius temporis. et ideo non eſt mirum ꝙ pauci electi ad hoc aſſumuntur a domino et ꝙ viri ſenſati huiuſmodi inſtabilitatis negociū totis viribus fugere contēdunt. Vide auguſtinum de ciuitate dei in multis locis Si boni regnāt mltis ꝓſunt. ecōtra. ſi mali ⁊c̄.

Linea Regum iſrael

Hieu

Ioachas

Ioas

Ieroboam